Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ut purget et mundet ierusalem iuxta
illud ysaye: scificauit enim in igne
ardente. et deuorauit sicut fenum ma
teriam. Isti sunt carbones quos inter
medium lingue desolantes uicia atque
peccata. propheta interrogatus exoptat.
Quid detur tibi. aut quid apponatur tibi ad
linguam dolosam. Sagitte potentis
acute: cum carbonibus desolatoriis.
Multaque istiusmodi in scripturis sanctis in
uenire poterimus: de quibus diximus cre
bro. Hoc tamen notandum est quod in ysa
ya. qui tantum sermone peccauit. et in
munda labia habere se dixit. ad purgan
dum unus forcipe carbo conprehenditur:
hic uero quia erat ciuitas plena iniqui
tate. et post supplicia cadaueribus mor
tuorum plures assumuntur carbones ig
nis. et non una manu. sed ambabus ut
omnis ierusalem purgetur: quamquam et hoc
intellegendum sit. quod non ad purgati
onem. sed ad penas atque cruciatus prune
ignis assumende sunt. que effundantur
in ierusalem.

Ingressusque est in conspectu meo. che
rubym autem stabant a dextris domus
cum ingrederetur uir: et nubes impleuit
atrium interius. et eleuata est gloria domini
desuper cherub. ad limen domus: et reple
ta est domus nube. et atrium repletum est
splendore glorie domini: et sonitus alarum
cherubym audiebatur usque ad atrium
exterius quasi uox omnipotentis dei. Cumque
precepisset uiro qui indutus erat lineis
dicens. Sume ignem de medio rotarum
que sunt inter cherubym. ingressus
ille stetit iuxta rotam. et extendit
cherub manum de medio cherubym
ad ignem qui erat inter cherubym: et
sumpsit et dedit in manu eius qui
indutus erat lineis: qui accipiens egres
sus est. et apparuit in cherubym simi
litudo manus hominis. sub pennis eorum.

Residente propheta ingreditur uir qui
indutus erat talari ueste uel linea. et
ut lxx. nec interpretacionem commu
tant. stola sancta: cum apud hebreos
unus sermo habeatur. baddyn. et ceteri
interpretes incepta translatione persis
tant. Ingreditur autem ut secundo dixi in
medio rotarum que sunt subter
cherubym. ut impleat manus
suas ignis carbonibus. Qui cum esset
ingressus. stetit tantum iuxta rotam:
et uel ob tristiciam puniende ie
rusalem. uel ob glorie magnitudinem stu
pens. manum ad ignem ipse non mi
sit. sed unus de cherubym. id est che
rub misit manum. et tulit ignem qui
erat in medio cherubym. et dedit
in manu eius. qui indutus erat uestibus
lineis. Qui accipiens egressus
est: et tamen scriptura non dicit. egres
sus quid fecit: ut tristis eius
narrationem intelligentie potius nostre
relinqueret. quam oculis subiceret.
Introeunte autem uiro qui indutus erat
uestibus lineis. cherubym stabant a
dextris domus. ut sancte superneque uir
tutes dextram domus dei partem tene
re uideantur. et ille que mittuntur ad
supplicia. de quibus scriptum est. inmis
sionem per angelos pessimos sinistras
partes possidere credantur. Cumque
eleuata esset gloria domini de cherub. qui
carbones ignis uiro tradituri erat